

174

VIR IUVENIS
NOBILISSIME LITTERATISSIMAE
FAVOR ET AMICE INTEGRIS

DE COOPTATIONE
IN
AMPLISSIMI VITEMBERGENSIVM PHILOSOPHORVM
ORDINIS ADIVNCTOS
VIRI CLARISSIMI DOCTISSIMIQUE
**M. GEORGII ALBERTI
ANTHONGII,**
MEINVNGENSIS,
AD
VIRVM IUVENEM
NOBILISSIMVM ET LITTERATISSIMVM
FRIDERICVM GVILIELMVM VVALCHIVM,
GEORGII,

MAGNI NOMINIS THEOLOGI,
FILIVM,
FAVTOREM ET AMICVM INTEGERIMVM,
EPISTOLA
LAVRENTII MULLERII MEINVNGENSIS



circumplexi, sed dum spes ad hanc diem me sustinet, cum eo in-
pentes in praesentia studio, quo praeclearior causa est, quae in officio ge-
nus requirit. Non laet, VIR IUVENIS nobilissime, quae et dicitur
ta habe a tenetis consiliorum, voluntatem temperate, quod huius potest
omnium sine exceptione communitas Nos inter et A. N. M. A. M. A. M.
cum Nostri inter paucos primam, huius, ut nullus proinde dubitem,
dum huius, duplas sedulo nobilium collatum solent, vltima hanc metho-
ci huius adfectus iuxta mecum fuerit, op. valem hanc E. v. s. ad huc in-
nas recte constitutum. Sed depono nunc hanc, et quod in hanc amicitiae
leges, excedere, ne T. v. s. forte hanc ac in hanc illis osten. facta hoc
tempore, videret. Non enim praesentis modo valem hanc testium ve-
rum etiam vinculo, eodem argenti Vitembergae iuxta E. v. s. esse, T. v.
quod hanc est, signore hanc : ac ne quid forte suspicetis, quod in hanc in-
tende.

174



VIR IUVENIS

NOBILISSIME LITTERATISSIMEque

FAVOR ET AMICE INTEGERRIME.

M. GEORGII ALBERTI
ANTHINGII



Quidem tantum abest, vt meum erga **TE** animum ignores, vt perspectum comprobatumque habeas multorum annorum experientia: vtut minime sit, cur locorum distantia imminutam aliqua ex parte amicitiam suspicer, dum nostrae, quibus oblectamur inuicem, litterae aliud prorsum euincunt; tamen haud vna vice occasionem circumspexi, qua fidem in **TE** meam, mutuamque amorem nostrum publice testarer; sed quum spes ad hanc diem me frustrata est, eam eo lubentius in praesenti adripio, quo praeclarior causa est, quae id officii genus requirit. Non latet, **VIR IUVENIS NOBILISSIME**, quae et quanta inde a teneris consiliorum, voluntatum rerumque, quoad fieri potuit, omnium sine exceptione communitas. Nos inter et **ANTHINGIVM**, Amicum Nostrum inter paucos primum, fuerit; vt nullus proin dubitem, quin litteris, quibus sedulo nobiscum colloqui solet, vltimis haud mediocri dolore adfectus iuxta mecum fueris, ob valetudinem **EIVS** adhuc minus recte constitutam. Sed depone nunc illum, et quod iubent amicitiae leges, exsequere, ne **TV** solus forte laeuus ac inlaetabilis oscen, laeto hoc tempore, videaris. Non enim pristinae modo valetudini restitutum, verum etiam vinculo, eoque arctiori Vitembergae iunctum **EVM** esse, **TE**, quod fas est, ignorare nolo: ac ne quid forte suspiceris, quod minus intendere.

tenderam, ANTHINGIVM nostrum in Amplissimi Philosophorum Vitem-
bergenſium Ordinis Adiunctos vno omnium Patrum ſcripſorum et vo-
to et ſuffragio coopratum eſſe, ſcias. ¶ Dicitur non poteſt, quam volupe id mihi
fuerit, tam grata et accepta de AMICI Noſtri fortunis audire ac legere:
nec dubium eſt, quin magnam perinde laeticiam ex hoc nuntio perceptu-
rus ſis, quo minus ignotum mihi eſt, quanto in pretio EIVS abs TE ſem-
per habita fuerit amicitia. Enim vero non ea nobis mens eſt: ſaltem
noliſm ego iis adſcribi, qui quoad praefens amicus eſt, fingunt amorem:
abſentis vero curam aut exiguam habent, aut nullam. Conſtans amor
meus ac fidelis eſt, quo ductus amici fortunam; quaecunq; ſit, duco
meam, eaque perinde ac meis delector. Quo circa tam gratum TIBI ſpe-
ro fore, vt libenter in me ſuſcipio, ſiquidem Tvo meoque nomine gratulari
honorem IPIſI, et amoris, quo complectimur EVM, magnitudinem pag-
ella iſthac deſignare conſtituerim. ¶ Bene hoc meretur ANTHINGIVS
Noſter, qui quod egregie ſe Vitembergae geſit, non potuit non amo-
rem Academiae Patrum conciliare SIBI, et ad ſingularis, qua inter cete-
ros inde ab adoleſcentia emiuit, virtutis, ſive animi ſpectes, ſive vit-
tam, praemium Eos inuitare. ¶ Tot hominum in animis, AMICE DESI-
DERATIſſIME, quot ne in corporibus quidem miramur, varietates exi-
ſtere; Nobis vel tunc temporis, quo litteris Schleuſingae adſedebamus,
cognitum inprimis erat et compertum. ¶ Vti ſolebant Viri, quorum ab
ore pendebamus, LVDOVICI, IVNCKERVS, HOFFMANNVS, poſt ſata
immortales, in aliis, vt *Iſocrates* olim in *Theopompo*, frenis; in aliis con-
tra, vt in *Ephoro* ille, calcaribus: videbamus iuuenes probitate morum
alios, alios ingeniū elegantia et virtutum varietate demonſtrabiles, nec ta-
men erat, qui vel morum concinnitate, praefantia indolis, aut ſtudio
plane incomparabili ANTHINGIVM Noſtrum adſequi, frenis, praer-
vertere poterit. ¶ Noſti, quid? quod norunt, qui amant ANTHINGIA-
NVM nomen, omnes, quanto iſtudio ad meditandoſ res ſubliliores tra-
ctus identidem fuerit, et quam largiter effuſeque natura in EVM ſua omnia
congeſſerit muna. ¶ Reconditum in Eo eſſe, quidquid veneris gratia-
rumque admiramur in ingeniis excellentioribus, conſitebuntur, qui adhuc-
dum viuunt cum Eo, EIVSQUE potiſſimum familiaritate gaudent. ¶ Alii,
praeter vigorem et ſagacitatem mentis, miram in Eo ingeniū feſtuitatem
ſuſpiciunt, qua quidquid congerit rerum, imaginum, frenis, iungit varie ac per-
quam facere miſcet: nec minus pullulantem exin ſacundiam EIVS ac
blanditiem verborum, quibus priuatim aequae ac, occaſionem actus, pu-
blice adeo animos demulcere didicit, vt omnes omnium aures et oculos,
aureis quaſi catenulis, ad ſui admirationem adtrahere videatur. ¶ Alii,
iſtque pereruditi, colunt ſingularem animi aciem, qua in eruendis verita-
tibus id, quod vel quadamtenus diſcrepat, exacte ac diligenter diſtingit,
ſcrutaturque, ne vel minima imaginis ſpecies aut adſinitas veritati obſciet.
¶ Proinde veneratur quidem viros auctoritate graues; ſed tantum abeſt, vt
ad caecas dumtaxat auctoritates, quas vocant, deſerri queat, vt, de claris
principiis ſollicitus, ſollemnē illud *Carteſii*, ſenſu ſano ſi accipis, diligen-
ter habeat ob oculos. ¶ Alii tandem, vt cetera, quae reſtant, inſignia tace-
ream, prudentiam, qua eminet moresque condit, demirari ſatis neque-
unt.

unt. Amat societates, et vt delibet vtilitatem earum, artem et curam
adhibet: pernocere studet hominum animos ex vultu atque actionibus;
quibus deinceps suos, quoad pietas permittit, mores adtemperat; hinc
colit animi sinceritatem, eamque, quantum in se est, intemperatam fouet;
sed quum nimio pere fallax hoc saeculum fit, tam sapienter eam modera-
tur, vt numquam simplicitatis speciem induat, pariatque contentum.
Cauete iccirco et consulte prouidet, ne versuti homines et callidi in sua
animi arcana penetrent, estque IPSI cor instar epistolae secretioris, quae
vt ne damno sit, aut turbet auctoris cogitata, perquam sollicite obfigna-
ta est. Quandoquidem IPSI compertum simul est, nihil molestum aequae
esse, vt adfectatam animi indolem aut morositatem, seueritatem contra
pari iucunditate vsque eo sapienter temperare nouit, vt, dum placidum
se prudentibus exhibere adnititur, sedulo SIBI caueat, ne, vel ad nutum
omnium conuerti cum *Gnaethone*, aut cum *Xenocrate* gratias omnes de-
uouisse videatur. Vt praeterea sui admirationem admodum semper obei-
rit, circumspectione tamen vitur maxima, ne nimis abiecte de se stu-
diisque sentiat SVIS, certus, gloriolam recte usurpatam aequae minus rei
prehendi posse ac industriam, quae virtutum ac litterarum anima est.
Esto vniuersam naturam tot corporum, tot artium nomenclaturas
et regulas TE animo tenere, nihil tamen est, quod scias, nisi alter simul,
hoc te scire, cognouerit. Id quod eo minus obscurum esse potest AN-
THINGIO Nostro, quo plus studii et operae in eo ponit, vt non eruditus
modo colloquis, sed et animi deamandis foetibus eruditorum amicitiam
ac fauorem ambiat. Dicerem non nihil de eximia EIVS in compe-
ndis animi fluctibus pericia; quibus contra qui frenum laxat, vilis ad-
modum animi notam prodere solet: praedicarem artem EIVS in erudito-
rum se infinuandi animos, nisi et temporis, quo excludor, spatium, et
singularis ANTHINGII Nostri modestia abrumpere iuberet filum; quare
depropero etiam ad epistolae finem, illud modo prudentiae demum lau-
di subiungens, ANTHINGIUM ita eam moderatum semper esse, vt in
astutiam numquam deslexerit. Dic, quaeſo, quis honore, quo a Vitem-
bergenſi Athenaeo exornatus est, dignior? Quod super est igitur,
gratulor patriae Nostrae, ac potissimum *Meinungae*, Filium tam insignem
et ingenuum, idque eo impensius, quo serius eo contendit, vt, quidquid
curae ac studii impendit litteris, patriae tandem offerat ac immolet: gratulor
ANTHINGIO Nostro laborum, curae ac vigiliarum praemium, et
vt honorem honos trudit porro, mirum in modum opto: gratulor vero
tandem et Nobis, eiusmodi AMICVM qui nacti sumus, quem amat patria,
colit Vitemberga, suspiciunt Musae, et cuius amor Nostro pariter acqui-
lirerque respondeat. Summa voti est, vt DEUS largiatur IPSI valedudi-
nem et successus vltra vota prosperos. TV vero, Amicissime VVALCHI,
res TVAS *Jenae* prout praeclare fecisti, age posthinc feliciter, et MVLLER-
RVM, qui TE, vt debet, amat, ama. Vale. Scrib. *Lipsiae*, die, quo in
praeclearum Philof. Ordinis Adiunctorum numerum ANTHINGIVS
Noster susceptus est, nempe Non. Nouembr. A. R. S. 1701. CC. XL.



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506

KONP

017





104

VIR IAVENIS

NOBILISSIME LITTERATISSIMVS

FAVOR ET AMICE INTEGRIME

DE COOPTATIONE

IN
AMPLISSIMI VITEMBERGENSIVM PHILOSOPHORVM
ORDINIS ADIVNCTOS

VIRI CLARISSIMI DOCTISSIMIQUE

M. GEORGII ALBERTI

GII,

FRIDERICVS

TISSIMVM
VVALCHIVM,


MA

OLOGI,

FAVOR

EGERRIMVM,

NGENSIS



Farbkarte #13